



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

Modus Passionem Christi meditandi, versibus conscriptus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



PASSIO  
MODUS  
PASSIONEM CHRISTI  
*meditandi versibus conscriptus*

A. R. P.

JOANNE BUSÆO S. J.  
ENCH. MEDITAT.

**Q**uis patitur? Christus, Verbum, Sapi-  
entia Patris.

*Quid patitur?* spinas, verbera, sputa, cru-  
cem.

*Pro quibus hæc patitur?* pro nostra, homi-  
nūmque salute.

*Cur patitur?* semper ne patiatur homo.

*A quibus hæc patitur?* ab amica stirpe suo-  
rum.

*Sed quando patitur?* quando fuit juvenis.

*Hæc ubinam patitur?* medio telluris in orbe.

*Quomodo tanta tulit?* proferat ipse mo-  
dum.

ALIVS SIDRONII

HOSCHII S. I.

**Q**uis patitur? Rerum Dominus, de Nu-  
mine Numen.

*Quid patitur?* Lacero corpore mille neces.

*Pro quibus?* Ingratâ pro turbâ, & gente re-  
belli.

*Cur?* Nos carnifices fervet ut ipse suos.

*Quis*



D. N. IESV CHRISTI. 257

*Quis locus?* Infamis poenis, & morte nocentium.

*Quando?* Cùm poterant facta probare Deum.

*A quibus?* A notis, & avito sanguine junctis.

*Quomodo?* Non servans ullum in amore modum.

PII ERGA CHRISTUM PATIENTEM AFFECTVS,  
EODEM AUCTORE.

*I. Admirationis.*

**Q**uis satis hoc capiat? pro me, per vulnera mille,  
Et potuisse Deum, nec dubitasse mori?

*II. Commiserationis.*

Si specto siccis oculis tua vulnera, Christe,  
Sum cruce, sum clavis durior ipse tuis.

*III. Doloris.*

Poenitet! & meritò. Lachrymis non illa pietur,

Quæ tibi, magne Deus, sanguine culpa stetit?

N 5

4. Gra-